



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

127. [i.e. 167.] König Wladislaw von Ungarn theilt seiner Schwester Sophia
den für den Markgrafen Georg von Brandenburg geschlossenen
Heirathscontract mit, am 1. November 1508.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

127. König Wladislaw von Ungarn theilt seiner Schwester Sophia den für den Markgrafen Georg von Brandenburg geschlossenen Heirathcontract mit, am 1. November 1508.

Der Hochgebornen Fürstin, Frauen Sophia, geboren von Küniglichen Stamb zu Polen, Marggrauin zu Brandenburg, zu Stettin, Pommern etc. Herzogin, Burggrauin zu Normberg vnd Fürstin zu Rügen, vnser liebsten Schwester.

Nos Wladislaus, dei gracia Hungarie, Bohemie etc. Rex, Marchio Morauie etc., commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit uniuersis, Quod qua Illustrissima Domina Beatrix de Fangerpanibus, Illustrissimi quondam Domini Johannis Coruini Liptouie Ducis ac Regnorum nostrorum Dalmacie, Croacie et Sclauonie etc. relicta, ad sepissimas requisitiones et commissiones nostras proprias animum suum ad id inclinauit, Quod Illustrissimum Principem Dominum Georgium, Marchionem Brandenburgensem, fratrem nostrum charissimum, sibi pro vero et legitimo marito et conthorali iuxta ritum Sancte Romane ecclesie elegit et assumpt, ob hoc nos volentes eandem Illustrissimam Dominam Beatricem de et super consumatione matrimonij inter ipsum Illustrissimum Dominum Georgium, fratrem nostrum charissimum, ab una ac prefatam Illustrissimam Dominam partibus ab altera fienda certiore reddere, promittimus in verbo nostro regio, Quod prefatum Dominum Georgium, Marchionem, fratrem nostrum, ad festum Epiphaniarum Domini proxime venturum personaliter ad ipsam Illustrissimam Dominam Beatricem Ducissam transmittere articulosque infra scriptos per eundem Dominum Georgium Marchionem firmiter observari facere volumus. Inprimis ut Illustrissimus Dominus Georgius Marchio bona Illustrissime Domine Beatricis Ducisse nemini vendere, nec eandem Illustrissimam Dominam preter voluntatem suam de Regnis Hungarie extraducere possit neque valeat. Item Quod uniuersi Castelani ac quorumuis civitatum et oppidorum Illustrissime Domine Beatricis Ducisse tam ipsi Illustrissimo Domino Georgio Marchioni quam eciam ipsi Domine Beatrici eque ad tenendam et firmiter observandam fidelitatem Juramentum prestare debeant. Item ut prelibata Illustrissima Domina Beatrix Ducissa habeat liberam potestatis facultatem de bonis promissis pro refrigerio animarum Illustrissimi quondam Ducis et liberorum suorum ac sue ecclesie siue orphanis vel quibus maluerit, aut exigentibus fidelium familiarium suorum seruicij, libere donare possit et valeat id quod licitum est, Et tandem matrimonium Domine Beatrici plenarie et cum effectu contrahere et confirmare debeat et tenebitur. In cujus rei fidem et testimonium presentes literas nostras fieri et Sigilli nostri appensione una cum proprie manus suscriptione muniri precepimus. Datum Posonij, in festo omnium Sanctorum, anno domini millesimo quingentesimo octauo, regnorum autem nostrorum Hungarie decimo nono, Bohemie vero tricesimo octauo.

Wladislaus, Rex, manu propria.